



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXV. De vitijs oppositis charitatis quantum ad accidiam, quæ
opponitur gaudio charitatis, quod est de bono diuino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

riones mali, ad aliqua specialia vitia. Ex hoc enim patet, quod odij in proximum species unitatem habet ex ipsa ratione mali, quia, si vult malum proximo. Alia autem vitia specialia sunt, quae volunt proximo malum tale, ut sic, puta, mortis, infamiae, rapinae, & similia.

Tertium autem rationi consentaneum est, ut, si vitium odij imperet actibus interioris desiderii respectu talium malorum, sicut imperat quandoque actus exterioris respectu eorumdem malorum. Ita quod sicut aliquis ex odio detrahit, vel contumeliat, vel occidit, vel rapit, vel aliquid huiusmodi facit: ita aliquis ex odio desiderat proximi infamiam, vel dehonorationem, vel mortem, vel perditionem bonorum &c. Et sicut odium cum opere: unum constituit peccatum multarum deformitatum: ita & odium cum desiderio talis mali, unum constituit plurius deformitatum peccatum. Ut scias autem assignare vitaeque desiderio sua speciem, non uageris per nouas species uitiorum, sed memento illius regulae, eiusdem uirtutis, uel uitii est, uelle aliquid, & facere illud. Et ratio est, quia actus exterior, & interior respectu eiusdem obiecti non requirunt diuersas uirtutes, aut vitia. Et propterea ad illud uitium spectat uelle mortem, ad quod spectat facere mortem, quod constat esse homicidium. Et similiter ad illud uelle infamiam, ad quod spectat facere eandem, quod constat esse detractionem, & sic de aliis. Et idem est iudicium de desiderio irarum, & maledictorum. Et ex his patet responsio ad obiecta.

Ad hoc restat unum Nouissimum dubium, quo pacto odium proximi est speciale vitium, si eius obiectum est ratio mali proximi, & nullum malum speciale, cum genus non sit praeter suas species, nec possit inueniri odium proximi separatum ab aliis uitis: quia quicumque desiderat malum alicui, desiderat ei aliquid malum.

Sed hoc facile soluitur, discernendo inter actum animae, & rationem obiectivam in eoi. Quamuis namque reperiri non possit in rerum natura ratio generis praeter suas species, potest tamen inueniri in rerum natura actus animae terminatus ad rationem generis, & non terminatus ad aliquam speciem, ut patet in intellectu, cum intelligitur animal in communi. Et similiter est in voluntate, quae tendit in bonum, uel malum intellectum. Potest siquidem terminare actum suum ad rationem communem, non terminando eundem ad speciales. Et hoc modo uoluntas uult malum alicui: nec est uerum, quod non possit separatum hoc uitium ab aliis inueniri. Cum enim quis proximo suo desiderat ut habeat malum, uel cum desiderat ut habeat omne malum, non descendendo ad tale uel tale, solo odii peccato inquinatur, ut patet ex supra allegatis. Constat autem haec posse accidere.

In eodem articulo, in responsione ad ultimum Martinus occurrit contra illud, Ex inuidia generatur odium formaliter secundum rationem obiecti: ex ira autem dispositio tantum: Non placet, inquit, mihi: quia secundum ipsum, malum alterius absolute est obiectum odii: sed inuidus & iratus conueniunt in hoc, quod uterque appetit malum alterius in ordine ad aliud,

Art. 1. huius quæst.

inuidus quidem in ordine ad suam gloriam, iratus autem in ordine ad uindictam. Non ergo maliter ex parte obiecti, & hic non dicitur par esse obiectum. Ad hoc dicitur, quod inter iram, & inuidiam differentia quoad duo in proposito. Primum, quod inuidus dicitur. Postea autem per continuitatem irae peruenitur ad hoc, quod homo malum proximi absolute desideret, quod pertinet ad rationem odij. Unde patet, quod odium ex inuidia cauatur formaliter secundum rationem obiecti, ex ira autem dispositiue.

De accidia, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de uitio oppositis gaudii charitatis, quod quidem est de bono diuino, cui gaudii opponitur accidia, & de bono proximi, cui gaudii opponitur inuidia. Unde primo considerandum est de accidia, secundo de inuidia.

CIRCA primum quaruntur quatuor quæstiones. Prima, Vtrum accidia sit peccatum. Secunda, Vtrum sit speciale vitium. Tertia, Vtrum sit mortale peccatum. Quarta, Vtrum sit uitii capitale.

ARTICULVS PRIMVS. Vtrum accidia sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod accidia non sit peccatum. Passionibus enim non laudamur, neque vituperamur, secundum Phil. in 2. Eth. sed accidia est quedam passio. est enim spec-

IN tota quæst. 35. unum dubium occurrit, quod ad articulum secundum simpliciter, & ad articulum tertium de bono diuino in ipso Deo, quod est tristitia. Et simpliciter quidem dubij ratio est, quod in ipso Deo tristitia pertinet ad odium, quod est desiderium mali in ipso Deo ad odium, quod est malum eiudem. Eiusdem namque ratione, quod est malum, optare illi malum, gaudere de malo, quod est contrario bono, ut patet. De bono autem diuino tristitia pertinet ad amorem concupiscentiae, & de bono charitati, quae est amor amicitiae ad Deum, & ad proximum propter Deum, de bono autem diuino inuenitur unus effectus, sicut nec odij Dei, & inuenitur.

Ad hominem uero, aut horem. Quia in ipso Deo, quæst. 84. ar. 4. distinguuntur capitalia uicia, peccata, & vitia. Hic autem ponens gaudium charitatis bonum proprium: hic autem ponens gaudium charitatis bonum in ar. 3. ponit ipsam contrariam gaudium charitatis ibidem ad secundum dicit, quod accidia est contrarium charitati, facienda propter Deum. Et in ar. 4. presertim dicit. Spirituality autem bonae quæstiones sunt & finis, & id quod est ad finem.

Ad hoc dicitur, quod accidia est tristitia de bono, qui contristatur. Et propterea dicitur, quod de bono proprio, & bono spirituali, iniquitatem habet contrarium. Considerandum est enim, quod charitas propter gaudet de bono diuino in ipso Deo, & propter sequenter gaudet de bono diuino, & propter

amante, & etiam in proximo. Et licet una sit charitas gaudens de his tribus, vitium tamen oppositum nō est unū, quia malum multiformem contingit: sed triplex, scilicet odium, accidia, & invidia.

¶ 2. Præ. Nullus defectus corporalis, qui statuitur horis accidit, habet rationem peccati: sed accidia est huiusmodi. dicit enim * Cassianus in 10. lib. de Institutis monasteriorum. Maxime accidia circa horam sextam monachum inquietat, vt quædam febris ingruens tempore præstito, ardentissimos estus accensionum suarum solitis ac statutis horis animam inferens egrotant. ergo accidia non est peccatum.

¶ 3. Præ. Illud quod ex radice bona procedit, nō videtur esse peccatum: sed accidia ex bona radice procedit. dicit enim * Cassianus in eodem libro, quod accidia provenit ex hoc, quod aliquis ingemiscit se fructum spirituales nō habere, & absentia longæque postea magnificat monasteria, quod videtur ad humilitatem pertinere, ergo accidia non est peccatum.

¶ 4. Præ. Omne peccatum est fugiendum, secundum illud Eccl. 2. 1. Quasi a facie colubri fuge peccatum: sed Cassianus dicit in eodem lib. Experimento probatum est, accidia impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superanda. ergo accidia non est peccatum.

SED CONTRA. Illud quod interdicitur in sacra scriptura, peccatum est: sed accidia est huiusmodi. dicitur enim Eccl. 6. Subijce humerum tuum, & porta illum scilicet spirituales sapientiam, & nō accideris in vinculis eius. ergo accidia est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod accidia secundum * Damascenū, est quadam tristitia aggrauans, quæ scilicet ita deprimit animum hominis, vt nihil ei agere libeat, sicut ea quæ sunt acida, frigida sunt. Et ideo accidia importat quoddam tardium operandi, vt patet p hoc, qd dicitur in * glosa super illud Psal. Omnem eicam abominata est anima eorum. Et a quibusdam dicitur, quod accidia est torpor mentis bona negligentis inchoare. Huiusmodi autem tristitia semper est mala, quandoque quidem etiam secundum se ipsam, quandoque vero secundum effectum. Tristitia enim secundum se mala est, quæ est de eo, quod est apprensus malum, & vere bonū: sicut contrarium mala delectatio est, quæ est de eo, quod est apprensus bonum, & vere malum. Cū ergo spirituale bonum sit vere bonum, tristitia, quæ est de spiritali bono, est secundum se mala. Et etiam tristitia, quæ est de vere malo, mala est secundum effectum, si sic aggrauet hominem, vt eum totaliter a bono opere retrahat. Vnde & Apostolus 2. ad Corinth. 2. non vult vt pœnitens maior tristitia de

A peccato absorbeat. Quia ergo accidia, secundum quod hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni, est dupliciter mala & secundum se, & secundum effectum: & ideo accidia est peccatum. Malum enim in motibus appetitiuis dicimus esse peccatum, vt ex supra dictis patet.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd passiones secundum se non sunt peccata, sed secundum quod applicantur ad aliquod malum, vituperantur: sicut & laudantur ex hoc, quod applicantur ad aliquod bonū. Vnde tristitia secundum se non nominat nec aliquid laudabile, nec vituperabile: sed tristitia de malo moderata nominat aliquid laudabile. Tristitia autem de bono, & iterum tristitia immoderata nominat aliquid vituperabile. Et secundum hoc accidia ponit peccatum.

AD SECUNDUM dicendum, quod passiones appetitus sensitivi & in se possunt esse peccata venialia, & inclinant animam ad peccatum mortale. Et quia appetitus sensitivus habet organum corporale, sequitur quod per aliquam corporalem transmutationem homo fit habilior ad aliquod peccatum. Et ideo potest contingere, quod secundum aliquas transmutationes corporales certis temporibus proueniētes, aliqua peccata nos magis impugnent. Omnis autem corporalis defectus de se ad tristitiam disponit. Et ideo ieiunantes, circa meridiem, quando iam incipiunt sentire defectum cibi, & urgeri ab æstibus Solis, magis ab accidia impugnantur.

AD TERTIUM dicendum, qd ad humilitatem pertinet, vt homo defectus proprios considerans, seipsum nō extollat: sed hoc nō pertinet ad humilitatem, sed potius ad ingratitudinem, qd bona, quæ quis a Deo possidet, contemnat: & ex tali contemptu sequitur accidia. De his enim tristamur, quæ quasi mala, uel uilia reputamus. Sic ergo necesse est, ut aliquis aliorū bona extollat, quod tamen bona sibi diuinitus prouisā non contemnat, quia licet tristitia redderentur.

AD QUARTUM dicendum, quod peccatum semper est fugiendum, sed impugnatione peccati quandoque est uincenda fugiendo, quandoque resistendo. Fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentiuum, sicut est luxuria. Vnde dicitur 1. ad Corin. 6. Fugite fornicationem. Resistendo autem, quando cogitatio peruehens tollit incentiuum peccati, quod prouenit ex aliqua leui apprehensione. Et hoc contingit in accidia, quia quanto magis cogitamus de bonis spiritalibus, tanto magis nobis placencia redduntur, ex quo cessat accidia.

ARTICVLVS II.

Utrum accidia sit speciale vitium.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod accidia non sit speciale vitium. Illud enim quod conuenit omni vitio, nō constituit specialis vitij rationem: sed quodlibet vitium facit hominē tristari de bono spiritali opposito. Nā luxuriosus tristat de bono continentie, & gulosus de bono abstinentie. Cū ergo accidia sit tristitia de bono spiritali, sicut dictū est, videtur qd accidia nō sit speciale peccatum.

¶ 2. Præ. Accidia, cū sit tristitia quædam, gaudio opponitur: sed gaudium non ponitur vna specialis virtus, ergo neque accidia debet poni speciale vitium.

¶ 3. Præ. Spirituale bonum, cū sit quoddam commune obiectum, quod virtus appetit, & vitium refugit, non constituit speciale rationē virtutis, aut vitij, nisi per aliquid additum contrahatur: sed nihil videtur quod contrahat ipsum ad accidiam, si sit vitium speciale.

1. 2. q. 74. ar. 3. & supra q. 10. art. 2.

Mal. q. 11. ar. 2. Et ar. 3. Et 4. cor.

Ar. præced.

speciale, nisi labor. ex hoc. n. aliqui refugiunt spiritua
lia bona, quia sunt laboriosa, unde & accidia tedium
quoddam est: refugere autem labores, & querere
quietem corporalem ad idem pertinere videtur, sci-
licet ad pigritiam. ergo accidia nihil aliud est, quam
pigritia: quod videtur esse falsum. Nam pigritia soli-
tudini opponitur: accidia autem gaudium. non
ergo accidia est speciale vitium.

SED CONTRA est, quod Greg. 3. Moral. distin-
guit accidiam ab alijs vitijs. ergo est speciale vitium.

RESPON. Dicendum, quod etiam accidia sit tristitia
de spirituali bono, si accipiat spirituale bonum
communiter, non habebit accidia rationem specia-
lis vitijs: quia, sicut * dictum est, omne vitium refu-
git spirituale bonum virtutis oppositum. Similiter
etiam non potest dici, quod sit speciale vitium acci-
dia, in quantum refugit spirituale bonum, prout est
laboriosum, vel molestum corpori, aut delectationis
eius impedimentum: quia hoc etiam non separaret
accidiam a vitijs carnalibus, quibus aliquis quietem,
& delectationem corporis querit. Et ideo dicen-
dum est, quod in spiritualibus bonis est quidam or-
do. Nam omnia spiritualia bona, quae sunt in acti-
bus singulari virtutum, ordinantur ad unum spi-
rituale bonum, quod est bonum diuinum, circa quod
est specialis virtus, quae est charitas. Unde ad quam-
libet virtutem pertinet gaudere de proprio spuali bo-
no, quod consistit in proprio actu: sed ad charitatem per-
tinet spualiter illud gaudium spuale, quo quis gaudet
de bono diuino. Et similiter illa tristitia, qua quis tri-
statur de bono spirituali, quod est in actibus singulari
virtutum, non pertinet ad aliqd vitium speciale, sed
ad omnia vicia: sed tristari de bono diuino, de quo
charitas gaudet, pertinet ad speciale vitium, quod ac-
cidia vocatur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Vitium accidia sit peccatum mortale.

Mal. q. 11.
artic. 1. cor.
& artic. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod
accidia non sit peccatum mortale. Omne enim
peccatum mortale contrariatur praeepto legis Dei:
sed accidia nulli praeepto videtur contrariari, ut pa-
tet discurrenti per singula praeepta decalogi. ergo
accidia non est peccatum mortale.

¶ 2. Praet. Peccatum operis in eodem genere non est
minus, quam peccatum cordis: sed recedere opero
ab aliquo spirituali bono in Deum ducente, non est
peccatum mortale, alioquin mortaliter peccaret,
quicumque consilia non obseruaret. ergo recedere
corde per tristitiam ab huiusmodi spiritualibus ope-
ribus, non est peccatum mortale. non ergo accidia
est peccatum mortale.

¶ 3. Praet. Nullum peccatum mortale in viris perfe-
ctis inuenitur: sed accidia inuenitur in viris perfe-
ctis. dicit enim Cassianus in lib. 10. * de Institutis
Coenobiorum, quod accidia est solitarijs magis experta,
& in eremo commorantibus infestior hostis, ac fre-
quens. ergo accidia non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Corinth. 7.
Tristitia saeculi mortem operatur: sed huiusmodi est
accidia. Non enim est tristitia secundum Deum, quae
contra tristitiam fratrum dimiditur, & mortem ope-
ratur. ergo est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod sicut * dictum est, pecca-
tum mortale dicitur, quod spirituales vitam tollit, quae
est per charitatem, secundum quam Deus nos inhabitat.
Unde illud peccatum ex suo genere est peccatum mor-
tale, quod de se secundum propriam rationem non est
charitati: huiusmodi autem est accidia. Nam
fectus charitatis est gaudium de Deo, quod
suum est: accidia autem est tristitia de bono
quantum est bonum diuinum. Unde acci-
dus accidia est peccatum mortale. Sicut
dum est in omnibus peccatis, quae sunt
genus mortalia, quae non sunt mortalia,
suum perfectionem consequuntur. et
matio peccati in consensu rationis. In
nunc de peccato humano, quod in
consistit, cuius principium est ratio. Na-
choatio peccati in sola sensualitate, et
vique ad consensum rationis, per imperfectionem
est peccatum veniale. Sicut in genere
cupiscentia, quae consistit in sola sensualitate,
veniale: si tamen peruenitur usque ad consensum
est peccatum mortale: ita et motus accidia in
sensualitate quandoque est per repugnantiam
spiritum, & tunc est peccatum veniale:
vero contingit usque ad rationem, quae
fugam, & horrorem, & delectationem
carne contra spiritum omnino praebentem
manifestum est, quod accidia est peccatum
mortale.

tale, quod de se secundum propriam rationem non est
charitati: huiusmodi autem est accidia. Nam
fectus charitatis est gaudium de Deo, quod
suum est: accidia autem est tristitia de bono
quantum est bonum diuinum. Unde acci-
dus accidia est peccatum mortale. Sicut
dum est in omnibus peccatis, quae sunt
genus mortalia, quae non sunt mortalia,
suum perfectionem consequuntur. et
matio peccati in consensu rationis. In
nunc de peccato humano, quod in
consistit, cuius principium est ratio. Na-
choatio peccati in sola sensualitate, et
vique ad consensum rationis, per imperfectionem
est peccatum veniale. Sicut in genere
cupiscentia, quae consistit in sola sensualitate,
veniale: si tamen peruenitur usque ad consensum
est peccatum mortale: ita et motus accidia in
sensualitate quandoque est per repugnantiam
spiritum, & tunc est peccatum veniale:
vero contingit usque ad rationem, quae
fugam, & horrorem, & delectationem
carne contra spiritum omnino praebentem
manifestum est, quod accidia est peccatum
mortale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod accidia
praeepto de sanctificatione Sabbathi, in quo
praeeptum morale, praecipitur quies
cui et contrariatur tristitia mentis de bono.

AD SECUNDUM dicendum, quod accidia
suis mentalis a quocunque spirituali bono
diuino, cui oportet mentem inhabitare.
Unde si quis contristet de hoc, quod
cum implere opera virtutis, quae faciunt
non est peccatum accidia: sed quod
his, quae ei imminet facienda proprie.

AD TERTIVM dicendum, quod in
ueniuntur aliqui imperfecti motus acci-
men non pertingunt usque ad consensum

ARTICVLVS III.

Vitium accidia debeat poni vitium capitale.

Lib. 10. in
prime illius.
& lib. 9.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt
debeat poni vitium capitale. Vitium
quod mouet ad actus peccatorum, ut tunc
sed accidia non mouet ad agenda, sed
hit ab agendo. ergo non debet poni
¶ 2. Praet. Vitium capitale habet illud
Assignat autem Greg. 3. Moral. accidia
quae sunt malitia, rancor, pusillitas, in-
torpor circa praeepta, enagatio memoriae
quae non videntur conuenienter conuenire
Nam rancor idem esse videtur quod
oritur ex inuidia, ut supra * dictum est
est genus ad omnia vicia. Et similiter
tis, circa illicita & in oibus vitijs immo-
autem circa praeepta idem videtur esse
stilitas autem, & desperatio ex
peccatis oriri possunt. non ergo conueni-
tur accidia esse vitium capitale.

¶ 3. Praeterea. Isidorus in libro de sum-
stinguit vitium accidia a vicio tristitia
tam esse, in quantum recedit a gaudio
so, ad quod tenetur: accidiam autem
se conuertit ad quietem in detur
tristitia oriri rancorem, pusillitatem
ritudinem, desperationem: de acci-
oriri septem, quae sunt ostensa,

1. q. 88. ar.
7. & 4.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt
debeat poni vitium capitale. Vitium
quod mouet ad actus peccatorum, ut tunc
sed accidia non mouet ad agenda, sed
hit ab agendo. ergo non debet poni
¶ 2. Praet. Vitium capitale habet illud
Assignat autem Greg. 3. Moral. accidia
quae sunt malitia, rancor, pusillitas, in-
torpor circa praeepta, enagatio memoriae
quae non videntur conuenienter conuenire
Nam rancor idem esse videtur quod
oritur ex inuidia, ut supra * dictum est
est genus ad omnia vicia. Et similiter
tis, circa illicita & in oibus vitijs immo-
autem circa praeepta idem videtur esse
stilitas autem, & desperatio ex
peccatis oriri possunt. non ergo conueni-
tur accidia esse vitium capitale.

¶ 3. Praeterea. Isidorus in libro de sum-
stinguit vitium accidia a vicio tristitia
tam esse, in quantum recedit a gaudio
so, ad quod tenetur: accidiam autem
se conuertit ad quietem in detur
tristitia oriri rancorem, pusillitatem
ritudinem, desperationem: de acci-
oriri septem, quae sunt ostensa,

importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas. ergo videtur vel quod a Greg. vel ab Isidoro * male assignentur accidia vitium capitale cum suis filiabus.

SED CONTRA est, quod idem * Grego. dicit 31. Moral. accidiam esse vitium capitale, & habere predictas filias.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, vitium capitale dicitur esse ex quo promptum est, ut alia vitia oriatur secundum rationem causae finalis. Sicut autem homines multa operantur propter delectationem, tum ut ipsam consequantur, tum etiam ex eius impetu ad aliquid agendum permoti: ita etiam propter tristitiam multa operantur vel ut ipsam evitent, vel eius pondere in aliqua agenda prorumpentes. Unde cum accidia sit tristitia quaedam, ut supra dictum est, conuenienter ponitur vitium capitale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod accidia aggrauando animum, hominem impedit ab alijs operibus, quae tristitiam causant: sed tamen inducit animum ad aliqua agenda vel quae sunt tristitia consono, sicut ad plorandum, vel etiam ad aliqua, per quae tristitia euertitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod * Grego. conuenienter assignat filias accidia: quia enim, ut Philosoph. dicit in 8. Eth. nullus diu absque delectatione potest manere cum tristitia, necesse est, quod ex tristitia aliquid dupliciter oriatur, vno modo, ut homo recedat a contristantibus: alio modo, ut ad alia transeat, in quibus delectatur. sicut illi, qui non possunt gaudere in spiritualibus delectationibus, transferunt se ad corporales, secundum * Philosoph. in 10. Ethic. In fuga autem tristitiae talis processus attenditur, quia primo homo fugit contristantia: secundo etiam impugnat ea quae tristitiam ingerunt. Spiritualia autem bona de quibus tristatur accidia, sunt & finis, & id quod est ad finem. Fuga autem finis fit per desperationem: fuga autem bonorum quae sunt ad finem, quantum ad ardua, quae subeunt consilijs, fit per pusillanimitatem: quantum autem ad ea, quae pertinent ad eorum iustitiam, fit per torporem circa precepta. Impugnatio autem contristantium bonorum spiritualium, quandoque quidem est circa homines, qui ad bona spiritualia inducuntur, & hic est rancor: quandoque vero se extendit ad ipsa spiritualia bona, in quorum delectatione aliquis adducitur, & hoc proprie est malitia. In quantum autem propter tristitiam a spiritualibus aliquis transferat se ad delectabilia exteriora, ponitur filia accidia euagatio circa illicita. Per quod patet responsio ad ea, quae circa singulas filias obieciuntur. Nam malitia non accipitur hic, sed in quod est genus vitiorum, sed sicut * dictum est. Rancor etiam non accipitur hic contra pro odio, sed pro quadam indignatione, sicut dictum est: & idem dicendum est de alijs.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam Cassianus in libro de Institutis cenobiorum, distinguit tristitiam ab accidia, sed conuenientius Greg. accidiam tristitiam nominat: quia, sicut supra * dictum est, tristitia non est vitium ab alijs distinctum, secundum quod aliquis recedit a graui & laborioso opere, vel secundum quascumque alias causas aliquis tristetur: sed solum secundum quod tristatur de bono diuino, quod pertinet ad rationem inuidiae, quae in tantum conuertit ad quietem indebitam, in quantum aspernatur bonum diuinum. Illa autem quae Isidoro ponit oriri ex accidia, & tristitia, reducuntur ad ea quae * Greg. ponit. Nam amaritudo, quam Isidoro ponit oriri ex tristitia, est quidam effectus rancoris. Otiositas autem, & somnolentia reducuntur ad torporem circa precepta, circa quae est ali

A quis otiosus, omnia ea praetermittens, & somnolentus ea negligenter implens. Omnia autem alia quinque, quae ponit ex accidia oriri, pertinent ad euagationem mentis circa illicita, quae quidem secundum quod in ipsa arce mentis residet, volentis importune ad diuersa se diffundere, vocatur importunitas mentis: secundum autem quod pertinet ad cognitionem, dicitur curiositas: quantum autem ad locutionem, dicitur verbositas: quantum autem ad corpus in eodem loco non manens, dicitur inquietudo corporis, quando scilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagacitatem indicat mentis: quantum autem ad diuersa loca, dicitur instabilitas, vel potest accipi instabilitas secundum mutabilitatem propositi.

QVAESTIO XXXVI.

De inuidia, in quatuor articulis diuisa.

INDE considerandum est de inuidia.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Quid sit inuidia.

Secundo, Vtrum sit peccatum.

Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.

Quarto, Vtrum sit vitium capitale, & de filiabus eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inuidia sit tristitia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod inuidia non sit tristitia. Obiectum enim tristitiae est malum: sed obiectum inuidiae est bonum. dicit enim * Greg. in 5. Mor. de inuido loquens. Tabeſcentem mentem sua pena faciet, quam felicitas torquet aliena. ergo inuidia non est tristitia.

2 Praet. Similitudo non est causa tristitiae, sed magis delectationis: sed similitudo est causa inuidiae. dicit enim * Philosoph. in 2. Rhetor. Inuidebunt tales, quibus sunt aliqui similes aut secundum genus, aut secundum cognationem, aut secundum staturam, aut secundum habitum, aut secundum opinionem. ergo inuidia non est tristitia.

3 Praet. Tristitia ex aliquo defectu causatur. Vnde illi, qui sunt in magno defectu, sunt ad tristitiam proni, ut supra * dictum est, cum de passionibus ageretur: sed illi, quibus modicum deficit, & qui sunt amatores honoris, & qui reputantur sapientes, sunt inuidi, ut patet per Philosoph. in 2. Rhetoric. ergo inuidia non est tristitia.

4 Praet. Tristitia delectationi op-

Super questionis trigesima sextae Articulum primum.

IN artic. 1. quest. 36. circa distinctionem inuidiae, scilicet, quod est tristitia de bono alterius, quatenus est diminutium propriae gloriae, vel excellentiae, dubium ex Martino occurrit, multipliciter hoc impugnante. Primo, auctoritate Aristotelis 2. Rhetor. ubi differentiam inter inuidiam, & nemeliam, ac timorem ponit, per hoc quod nemeliam est de bono indigni: timor de bono alterius quatenus nocium: inuidia autem de bono alterius propter ipsum proximum. Vbi patet, quod tristitia de bono proximi, quia inde euenerit diminutio gloriae nostrae, timor est, non inuidia.

Deinde super hac auctoritate fundat quatuor argumenta. 1. Primum est. Nulla tristitia de bono alterius, in quantum per hoc imminet nobis pericula alicuius nocumens, est inuidia. Patet ista ex ipso Thoma etiam in hoc articulo: sed tristitia de bono alterius in quantum est diminutium propriae gloriae, vel excellentiae, est tristitia de bono proximi. in quantum imminet nobis periculum alicuius nocumens, ergo huiusmodi tristitia non est inuidia. Minor patet, quia diminutio gloriae, vel excellentiae est manus nocumens, quam diminutio dimittitur.

Secundum est. Nullus timor est inuidia, sed

Inf. art. 2. p. Mal. quest. 10. art. 1. ad 6. & ar. 2. ad 1. & q. 11. art. 3. & 4. cor. et Job. 5. prim. 4. lib. 5. v. 1. c. 34. paulo a principio.

lib. 2. c. 10. tom 6.

1. 2. q. 36.

Lib. 2. ca. 10. pars a principio. tom. 6.